

Effunde ut frigore coëat in massam tremulam.

Eodem modo parari potest cum anatica portione aquæ

GELATINA AMYLI.

————— ICHTHYOCOLLÆ.

PULPÆ.

PULPA CASSIÆ.

℞. Fructus siliquosi Cassia - fistulæ quantum placet.

Medullam cum seminibus et dissepimentis e siliquis diffractis ope cultri eburnei vel argentei exemptam macera in aqua calida; dein tere per cribrum setaceum, et leni calore ad consistentiam debitam evapora; tunc singulis pulpæ libris adde

Sacchari albi pulv. uncias duas.

Eodem modo paratur :

PULPA FRUCTUS AMLICÆ INDICÆ, vulgo
Pulpa Tamarindorum, dicta.

PULPA PRUNORUM.

℞. Fructuum Pruni domesticæ exemptis
nucleis quantum placet.

Coque in aqua donec mollescant ; dein
per cribrum setaceum trajectam pulpam ad
consistentiam debitam evapora addendo sin-
gulis pulpæ libris

Sacchari albi pulv. uncias duas.

ROOB.

Succi fructuum dulcium vel acidorum
expressione et subsequente evaporatione leni
igne inspissati, adjecta aut saporis gratia aut
ut melius præserventur parte quarta, quinta
aut sexta sacchari vel mellis.

ROOB ANTISYPHILITICUM.

Vide SYRUPUS SARSAPARILLÆ
COMPOSITUS.

ROOB BERBERUM.

℞. Baccarum Berberis vulgaris maturarum
quantum placet.